



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Pecunia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

exigui & tenues proventus, saltem habeatur Magister eligendus ab Episcopo cum consilio capituli, qui scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, cui ex fructibus alienius beneficii simplicis, vel ex mense Capitulari, & Episcopali, vel meliori modo quo fieri poterit, provideatur.

Ad Quartum responderetur, prout in *ver. beneficium*, §. 5. dicto 8. quod non, sed semper sunt sub dispositione Ordinatorum.

Ad Quintum, vide Conc. Trid. loc. cit. §. de cetero. & Concilium Provin. Beneventanum, c. de præb. Theol. dicit, quod Regularis ad hoc munus possit assumi, donec de seculari poterit provideri. & Neapoli, & in duobus aliis Archiepiscopatibus vidi seculares Theologos fungi hoc munere, quo & ego in duobus, licet immeritò functus sum, & Host. in *Sum. tit. de offi. ord.* §. sunt autem quadam, in fin. ubi dicit, quod melius, & honestius est, ut Episcopi habeant concilium suorum, quam extraneorum, nisi ubi sui se indignos reddunt, quo casu Religiosi succedunt, & allegat multa pro practica.

PECUNIA.

Primò, pecuniæ appellatione veniunt omnia, quæ numero, pondere, & mensura consistere possunt, ut frumentum, vinum, oleum, atque hujus generis cætera, Tiraq. de *utroque retract.* §. 1. glos. 14. nu. 42. deservire possunt. Primò in crimine simoniæ, quæ etiam contrahitur ex munere, obsequio, & lingua, ut

patet *juribus vulgatis* l. 9. 1. Secundo, pro legato, sive aliis; an autem appellatione mobilium veniat pecunia, quaeritur, negativè respondet HERN. in ca. de *pac. neb. n. 39.*

Secundo, pecunia quando dicatur expensa in Ecclesiæ utilitatem, vide Innoc. in *capit. quod quibusdam*, num. 4. de *fidejussor.* & vide *sup. in ver. alienatio*, §. 12. addito de novo. Covar. *lib. 2. cap. 17. nam. 3. var. resol.* quod animadvertere debent emptores, quando emunt bona Ecclesiæ, ne iterum postea cogantur solvere.

P O E N Æ.

Primò, quot sint pœnæ ecclesiasticæ, & spirituales, corporales, & temporales, vide Inno. in *cap. qualiter*, & *quando*, numer. 9. de *accusat.* Abb. in *capit. constitutus*, & *capit. suam*, per totum, de *pœnis*. Sylvest. in *ver. pœna*, §. 1.

Secundo, quando debeat pœna quæ apponit solet in contractibus, videtur eund. §. 25. *ver. septimum*. Nav. *capit. 23. numer. 67.* & *infra*, ubi dicit, quod licet de jure possit exigi, tamen de consuetudine non potest, nisi quatenus concurrat interesse, prout dixi in *verb. interesse*. Ratio est, quia non auditur agens sine interesse, l. si patroni, §. qui fideicommissariam ff. ad *Senatuscons. Trebel.* Tiraq. de *utroque retract.* tit. 1. §. 1. glos. 2. num. 51. ita etiam habetur ex *Afflic. decis. 235.* & sic dicit decitum fuisse in facto, quod confirmatur ex *Gram. decis. 58. nu. 7.* & ita consuevit condemnare sacrum Concil. Neapolitanum, & *deci. 2.*

Ccc 3 numero